

Appendix. — Europa Nro. 63.

## Regnum Mortuorum.

Sermones Politici Mortuorum.

*Elysium — Meum 22. Julii 1808.*

Catonem Censorium trium rerum poenituit: 1) Diem, nihil discendo, consumpsisse. 2) Uxori suae arcanum communicassae. 3) Iter aqua fecisse, quod terra faceat potuisset.

### *Deambulatio — in Elysio.*

Licet umbrae in campis elysiis pro concoctione promovenda commotione opus non habeant, solent tamen obambulare, ut se cum novis advenis, qui aquam oblivionis necdum biberunt, de rebus mundi distrahant. Catoni Censorio datum est officium, advenientes examinandi, et pro qualitate morum eis locum assignandi; hoc munere, cinctus corona nonnullorum coetaneorum suorum, recte defungebatur.

Prima, quae se eidem stitit, anima, erat vehemens, et plena furoris. Sum, aiebat, Capitaneus navalis *Nicoles* ex America; duxi navim *Toboz*, quae unius e praecipuis Quae-storibus proprietas erat. Natabam in aquis chinensibus, et Angli volebant me visitare, quod cum admittere nollem, Latrones hi me trucidarunt, mentientes, me pyratam fuisse. Moriens clamabam vindictam; et Patriotas meos ad eam sumendam provocabam. Cato miserat eum ad Praesidem Vassington, ut causam suam contra Anglos promoveret. Hanc sequebatur alia tristis anima, Regiomonto veniens; haec narravit per longas ambages historiam ignis, qui 1. Julii novum theatrum in cineres redegit; quomodo exortus? hodie non constat. In modernis rerum adjunctis vix novum theatrum sperandum. Cato misit hanc animam ad theatrum vetus Plauti, Terentii etc. ut se pro perditio Regiomontano theatro ibi distrahat, ubi certe indemnitatem in antiquis operibus theatralibus pro perditis novis inveniet.

*Nemeno* veniens anima, colore rubescens, narravit; se in transitu per Ulmam communicasse Novellistae: Advenisse 4. Julii Nemeni cursorem, et mox Praefectum, qui in campestribus morabatur, in urbem vocatum, et consilium Praefecturae coactum fuisse, quod ad mediam no-

gressive. Si Svecia se cum Anglia conjungat, et omnes naves eo mittat, quid proficient ambo? Possunt quidem in mari praedari, inde loca in continente tormentis impetere, ast in continente Finlandiae sunt Russis impares; *Consequentia in forma.*

Nec in Norvegia erant Sveci feliciores; Interim leguntur in Ephemeridibus publicis tria memorabilia: 1) Die 9 Julii comparuit ad portum Gratiae in littore Galliae navis anglica, et capitaneus dicebat, se ad commendantem Portus litteras habere, sed pro responso accepit, nullam inter Galliam, et Angliam esse communicationem. 2) Litterae Burdègalenses dicunt, naves americanas sequaestro subjectas esse, bellumque inter Galliam, et Americam inevitabile esse, cum neutralitas Americanorum non nisi fucata esset, quae Galliae magis, quam Angliae nociva est. 3) Altonae percrebuit 6. Julii rumor; Classem anglicam 20 classicarum comparuisse ad portam coronensem in Russia, variasque propositiones fecisse, minata excidium, nisi hae propositiones indilate acceptentur; sed non terruerant Russos vanae Anglorum sine viribus irae.

*Hamburgenses* litterae narrant, universas machinas bellicas Sveciae, machina humana non excepta — Finlandiam versus dirigi, Notum est, Regem Sveciae ob situm Regni, et animi praesentiam in processu inter terram et aquam heroicam ludere velle personam; Ast Finlandia est semel pro semper russica; si Svecia 10 millia militum illuc mittat, quod arduum est, tunc mittet Russia 20 millia; et etiamsi Svecia cum Anglia unita, omnes naves bellicas illuc mittat, quid ambo proficient? Rapiunt in mari naves, jaculabunturque de mari ad terram, ast ad continentem nunquam tantam militiam mittere possunt, quantam Russi — *Consequentia in forma.* — Nec in Norvegia benignior fuit fortuna Svecis.

*Journal de Paris* dicit: Cabinetum Austriacum, quod maxima omnium regiminis curarum, cura scilicet felicitatis populorum regitur, omnes insinuationes constanter repudiavit, quae ad bellum provocabant; votum ejus est conservatio neutralitatis, hinc relationes ejus cum Gallia nunquam adhuc magis pacificae fuerant, quam nunc sunt — Postremae litterae publicae uno ore referunt, Imperatorem adhuc aliquo tempore Bajonnae moraturum.

Quod in multis Ephemeridibus vulgatum erat; Legatum quippe Austriacum Monachii Comitem Stadion hinc ad legationem Petropolitanam abiturum, ad litteram falsum, et novitas ex aere sumpta est. Optandum esset, ut omnes Novellistae ea, quae scribunt, prius magis ruminarent, antequam describunt, neve manum elevare possent, ne accepto ex aere atramento scribant.

Caton

o

F

I

move

obam

onis n

Censo

pro q

cinctu

defun

F

et ple

Ameri

storib

Angli

Latro

Morie

sumen

Vassin

Hanc

haec n

novun

tiedur

vum t

atrum

monta

antiqu

A

se in

veniss

in can

lium

Appendix. — *Europa Nro. 63.*

## Regnum Mortuorum.

Sermones Politici Mortuorum.

*Elysium — Meum 22. Julii 1808.*

Catonem Censorium trium rerum poenituit: 1) Diem, nihil discendo, consumpsisse. 2) Uxori suae arcanum communicassae. 3) Iter aqua fecisse, quod terra facere potuisset.

### *Deambulatio — in Elysio.*

Licet umbrae in campis elysiis pro concoctione promovenda commotione opus non habeant, solent tamen obambulare, ut se cum novis advenis, qui aquam oblivionis necdum biberunt, de rebus mundi distrahant. Catoni Censorio datum est officium, advenientes examinandi, et pro qualitate morum eis locum assignandi; hoc munere, cinctus corona nonnullorum coetaneorum suorum, recte defungebatur.

Prima, quae se eidem stitit, anima, erat vehemens, et plena furoris. Sum, aiebat, Capitaneus navalis *Nicolas* ex America; duxi navim *Toboz*, quae unius e praecipuis Quaestoribus proprietas erat. Natabam in aquis chinensibus, et Angli volebant me visitare, quod cum admittere nollem, Latrones hi me trucidarunt, mentientes, me pyratam fuisse. Moriens clamabam vindictam; et Patriotas meos ad eam sumendam provocabam. Cato miserat eum ad Praesidem Vassington, ut causam suam contra Anglos promoveat. Hanc sequebatur alia tristis anima, Regiomento veniens; haec narravit per longas ambages historiam ignis, qui 1. Julii novum theatrum in cineres redegit; quomodo exortus? hodie non constat. In modernis rerum adjunctis vix novum theatrum sperandum. Cato misit hanc animam ad theatrum vetus *Plantii*, *Terentii* etc. ut se pro perditio Regiomentano theatro ibi distrahat, ubi certe indemnitatem in antiquis operibus theatralibus pro perditis novis inveniet.

*Nemeno* veniens anima, colore rubescens, narravit; se in transitu per *Ulmam* communicasse *Novellistae*: Advenisse 4. Julii *Nemeni* cursorem, et mox Praefectum, qui in campestribus morabatur, in urbem vocatum, et consilium Praefecturae coactum fuisse, quod ad mediam no-

item consultabat; causa dicebatur esse, quod legiones ex Septemtrione in Hispaniam evocatae, ex S. Spiritu, quorum secundo Rhodano appulerant, summa cum celeritate Perpiniacum curribus transportari debeant; quem in finem consilium praefecturale oportuna disponere debuit — Inter haec venit altera anima, pariter ex Gallia per Ulmam veniens, quae haec retulit: Litterae hispanicae in regionibus septemtrionalibus pacem mox revehendam sperant, ad quod multum confert praesentia copiarum gallicarum, et fervor Marschallorum *Moncey* et *Bossieres*, quibus sociam operam jungunt fideles gubernio viri de classe meliori, quos inter etiam Membra Juntae Bajonnensis numerantur; sunt tamen adhuc hinc inde manipuli Insurgentium in armis, qui vias inaequas reddunt, communicationemque turbant. Sed tristior est rerum facies ad meridiem, ubi tumultus adhuc in prima furia sunt; spes tamen affulget, opera Generalis *Duhesme*, cui novae missae sunt suppetiae, pacis mox revehendae. Tumultus hi tam interno, quam et externo multum nocent commercio — Dum haec in Hispania fiunt, vicina Portugallia felici perfruitur malacia. Has animas misit Cato ad celebrem oim Novelistam Coloniensem *Rodrique* (qui 465 praenumerantes cum 100 aureis annuis habui) Novellistarum quippe Proavum, ut similis simili gaudeat.

Inter haec comparuit in littore Anima Mediolano veniens, adferens Pagellas Mediolanenses de 9. Julii, in quibus haec legebantur: Jussu Proregis debet Minister iustitiae specificationem omnium Processuum eidem exhibere, qui intra hoc temporis spatium apud omnia tribunalia decisi sunt. Ex hac specificatione adparebat, forum Appelationis Mediolanense, et Veneticum peculiarem probasse activitatem, ideo complacentiam eis nomine Proregis declarari jussus est; Contra vero in Departamento Adriatico summa reperta est negligentia; cum facta investigatione, evenisset, hujus causam esse Praesidem, V. Praesidem, et Procuratorem Generalem, hos ab officiis suspendi jussit. Cato hanc animam Mediolanensem cum suis novellis misit in regionem Vexarum, ut omnibus Advocatis absque nationum discrimine, eas pro emendatione praelegat.

Nunc venit in summa displicentia, et indignatione Anima Stuttgarda, dolorose conquesta, quod recte nunc, ubi tot magni Domini in hanc urbem veniunt, mundum deserere debuerit; narravitque 1) 16. Julii summo mane advenisse Principem Coronae Bavariae sub nomine Comitum Vartenstein, cui Rex in palatio suo habitationem obtulit; et pro prandio Princeps ad Regem et Reginam Ludovicoburgum excurrit; sequenti die iter in Helvetiam continuit.



2) Advenit Regina Vestphaliae sub nomine Comitissae Mansfeld. Rex filiae Heilbronnæ obviam ivit, et tō Ambae Majestates Ludovicoburgum, ubi Regia familia commoratur, advenerunt.

In regionibus elisiis obambulabant duo manes, qui non nihil vehementius colloquebantur. Scipio interrogavit Catonem, quidamhi manes essent; Est *Montesquieu* et *Chesterfield*. Ad hæc dicebat Cato, singularem de his magnis viris narrari historiolum. Fuerant ambo uno eodemque tempore Venetiis, disceptabantque saepius de præcedentis Nationum, cum ille neutralitatem suae nationis, hic autem frigidam sapientiam Anglorum exaltaverit. Die quodam ingressus quidam ignotus in cubile Montesquieu, qui jam tunc observationes ad immortale opus suum colligebat, his eum affatus erat: „Ego sum amicus tuae Nationis, quia longiori tempore Parisiis habitavi, et bene habitus eram, ideo libens cuique Gallo servirem. Tu habes periculosam curiositatem, quae nullibi pejus, quam Venetiis adplicari potest. Tu sciscitaris omnia, quae fiunt; vis arcana rescire, et scio, te multa tibi adnotare, forte pro usu externae cuspisiam Aulae; ita enim judicat Inquisitio de actibus tuis; ideo hodie mane decrevit, ut custodiam tradaris; Esto de tua securitate sollicitus.” Hospite hoc abeunte, Montesquieu omnia sua scripta ad ignem projecit, et adcurrens ad *Chesterfield*, eidem totam scenam fideliter narravit: — Ego putaverim, reposuit hic post brevem meditationem, casum hunc liti nostrae finem impositurum; Nam moderatus unus et frigidus Anglus rem penitus investigasset. *Montesquieu*: Et se temerarie periculo exposuisset? *Chesterfield*: Quae mihi haud adeo vehemens esse videtur; nam perpende, an Amicus quidam Inquisitionis conclusa hujus cuidam extraneo detegeret, et ex gratitudine pro urbanitate gallica cepit periculum incurreret? *Montesquieu*: Quis ergo potuisset hominis hujus scopus esse? *Chesterfield*: Indubie te decipere; Forte fur, qui tecum notitiam, et per hanc occasionem, res tuas furandi, quaesivit — *Montesquieu*: Hoc ergo illi non successit. — *Chesterfield*. Sed tamen scripta tua combussisti; hoc erat incautum; cum aliqua frigiditate anglica rem totam pro joco habuisses — *Montesquieu*: Pro joco? *Chesterfield*: Ita est, chare Pater! Nam jocus hic me constat 3 Zechinos; Hospes ille fuit sartor, qui personam suam egregie lusit.

Propter caritiam Caffee patituros, et lamentatur; ob caritiam herbae nicotianae patitur oris vicius nesus, et nec verbum dicere audet; felices nasi Austriacorum, qui tabacae domesticae assueverunt; productio hujus plantae est nunc una ex primis in Austria. Herba haec, contra quam

plane ipse Rex Angliae Jacobus dissertationem scribere dignatus est, quia desidiam promovet; herba haec, cujus fumationem Pontifex Urbanus Octavus sub anathemate prohibuit; Czar Russicus Michael Fedrovicz Romanov abscissione nasi punivit; Policia Bernensis A. 1661. sub articulo: Non moschaberis, interdixit; cujus plantatio in Hungaria A. 1689. amissioni bonorum, et gravi mulctae pecuniariae suberat; et quam nunc jam infantes 12 Annorum (cui bono?) fumant, infert Gubernio Austriaco annue ad 8. milliones florenorum. Haec est vis consuetudinis, ut decretum Regis Angliae, anathema Ecclesiae, et politiam piorum Republicanorum contemnat.

Si existat *Habakuk* politicus, quantum nunc haberet campum; stamus omnes aperto ore, quid futurum sit, exsoectantes? Quis Rex Italiae, quis Portugalliae futurus? Quando pax inter Russiam, et Turciam, et qualis? Quando Rex Borussiae veniet Berolinum? Quando foedus Rhenanum conventum habebit? Quando Anglia pacem proponet? Quando mare, et Continens cuique patebunt? Ad has quaestiones difficilis est responsio; facilior ad illam: Quando Angli deserent mare balticum? — In Septembri.

Quidam consul alicuius Civitatis in Anglia dicebat Anno 1703. jam esse semel tempus, ut in actis publicis nomen Reginae *Annae* omittatur, et modò regnantis Regis substituatur; Interrogantibus, quidnam per id velit? reposuit; ut loco *Anno Domini* scribatur: *Georgio Domini*.

#### *Biographia.*

*Cato* Marcus Portius, cognomine *Censorius*, unus e celeberrimis Romanis, natus Tusculani; Commorabatur in Bonis suis in Sabinia, donec Valerius Flaccus eum Romam vocavit; Anno ante C. N. 205 fuit Tribunus Militaris in Sicilia, tandem Quaestor in Africa sub Scipione, quem dein in Senatu accusavit. Postea factus est Praetor, quod munus cum summa justitia gessit. Occupavit Sardiniam, quam cum summo moderamine rexit, et hoc facto sibi Consulatum meruit. Qua Tribunus probavit virtutem militarem in Syria contra Antiochum Magnum. Redux, nominatus est Censor, quod arduum munus tanta cum severitate, ac ingenuitate gessit, ut cognomen *Censorius* eidem adhaeserit. Anno adhuc aetatis 80 accusavit publice *Galbam*. Fuit praecipuus author tertii punici belli, et votum ejus in Senatu fuerat semper: *Deleatur Carthago*. Obiit anno ante. C. N. 148. anno aetatis 85. Cum secunda consorte Salonia genuit filium, qui etiam Censor erat, et sub Paulo Emilio in bello Macedonico semet egregie gessit, ac praeterea fuerat celebris Jurisconsultus. Cato fuerat, testante Cicerone, excellens Orator, perfectus Jurista, et magnus Bellidux.